HUGOLINUS DE URBE VETERE. MARCHETTUS DE PADUA
Norditalien (wohl Urbino), 1489 Seite 39r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35122
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar





me consonantie diapasonis pars maior dicitur et propinqua
In ea omnis vocum concordia / omnis dulcissime suavita-
tis amenitas / que cum suo uniformi ac amenis-
simo ictu ad adutum auditum usque pervenerit / et
nullo valet modo ab ipsius gustata suavitate se iungi /
gaudet / iocunde salit / et ad intellectum eius deferens
amenitatem auditus / ad subtilissima atque altissima
speculanda huiuscemodi dulcedinibus armonie refertus
intellectus ipse sine labore movetur. In ea nulla
vocum disparitas / nulla inequa proportio / nulla in-
epta distantia / et omnis duritiei dira asperitas ab eius
dulcisona melodie concordia est scemota. Aliarum consonantiarum
fundamentum superiorum quo ad ~~armonia~~ armoniarum dulcem
concordiam est ipsa diapente consonantia et origo. quoniam siquid
amenum / siquid iocundum / siquid dulce / siqua equa pro-
portio / siquid concors atque consonum in his fuerit repertum /
id totum / ab huius dulcedinis immensitate diapente procedit.
Diapason enim ex duabus est connexa consonantijs. Diatessaron
s. et diapente / que et si ambo mulcent auditum / ipsum tamen
diatessaron diapente suavitas in tensiori dulcedine ac
iocundiori sono transcendit. quoniam nil amicabilius
in consonantiarum genere simplicium / vere quam diapente sua-
vitas. Dulcis ergo diapason et amena concordia ex
ipso diapente procedit. Que consonantia diapente sic